



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

60. Epistolium Senatûs Hagam missum. Lator capitur. Et vix à suspendio
liberatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1660.

60.

Episto-
lium Se-
natus
Hagam
missum.

Lator
capitur.

Aitzemanus interim Laconicas haec Hagæ-Comitis accipit, jussu Senatûs ante diem quintum Idus Octobris Monasterii exaratas. Quâ possumus contentione ac studio rogamus, huc ut supplicia inferantur; laboret, instet, urgeat, ut fiat etatur Hollandia, & Civitas liberetur. Credita sunt Legatis, qui fuerunt hic arcana, quæ haud dubiè revelârunt. Porta patent. Quidquid spei sit, cum latore expectamus. Is verò dum Monasterium reditat, novitate loricarum falsus cæpit deviare aliquantisper, ac dein notat infelicitate undique itineribus vix posse excubitorum manus declinari. Simulato igitur mercatore (nam ita quòque compositus erat) Nevinckhovianam stationem rectâ petit, et tabacum, gratam militi herbam nundinat. Fraudem detexit pretij vilitas. Nizzevius, qui arci præerat, Hispanorum militiam annos complures secutus, nec rursus istarum artium, facillè veritatem extorquebat. Fessus Tabellarium, Wolbecam captivum ducitur. Examinatus diu negavit quidem sibi litterarum aut responsi creditum esse; nec minis adigi potuit, ut fateretur. Blanditiis tandem inductus Wiedenbrucki noxæ condonationem, vitamque pollicentis, profert scedulam, quam secretior parte corporis absiderat. Quæ cum notis arithmeticis esset exarata, haud aliud pro-

1660.

didit argumentum, quam ipse panderet la-
tor, notâsse scilicet, Batavorum plures in
auxilia Civitatis pronos, alios verò tardio-
res. Nihilominus infensus Civi miles, su-
spendium urgebat; nos verò datam fidem
causati, à Principe obtinuimus, ex pro-
tracto primùm leni carcere, veniæ occa-
sionem ac vitæ postea longioris.

Et vix à
suspension-
dio libe-
ratur.

61.

Dum prior ita Tabellarius non rever-
tit, exeunte Octobre alterum expediunt, qui
Kalendis Novembribus Hagam ingressus Civita-
has ad Aitzenianum litterulas pertulit. *In* *tis* *litte-*
extremis constituti angustiis implora- *ra* *in*
mus & obtestamur, Celsos ac Præpo- *Hollan-*
tententes Confœderatarum Provinciarũ *diam*
Ordines, ut sanctis toties promissis con- *missa.*
venienter, reipsâ tandem liberent ago-
nizantem nunc Civitatem. Ferant, ro-
gamus iterum, sponsam opem, nec diu-
tius moras nectant; hostis namque, in
dies singulos manibus propior, arctius
Urbem stringit, & nos cum inopiâ ne-
cessariarum rerum omnium conflictamur.
Aderit indubiè Numen tam piis
conatibus: applaudet universus Orbis:
Ordines ipsi aeternum sibi nomen com-
parabunt. Vim & injuriam patimur,
lite scilicet pendente. Porta patebunt.
Obsecramus, laboret strenuè & nobis
significet, quid sperare habeamus.

Priusquam verò nuncius is in Hollan-
diam